



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

IV. Quod testis super crimine conuictus non est audiendus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

CAP. III.

*Idem R. Cantuariensi archiepiscopo, & R. VVigornien-
nensi episcopo.*

14. Quæst.
2. Super
pru.

Cum nuntius canonicorum de Plinteim, & nuntius Ioelis militis, &c. & *infra*: Præterea non lateat prudentiam vestram, quod prædicti canonici non sunt a ferendo testimonio super proprio negotio ecclesiæ suæ repellendi, nisi alia rationabilis causa impediatur.

CAP. IV. *Idem Tarraconensi archiepiscopo.*

Quid si ante damnati, post restituti: vel nõ dånati perfecte pænitent?

Super eo quod quæsiuisti a nobis, vtrum testes illi sint reprobandi in causa criminali vel ciuili, quibus ab aduersa parte crimina opponuntur, tuæ prudentiæ respondemus: quod si etiam aut non sunt conuicti, aut confessi de criminalibus illis, dummodo inde * communicantur, non debent admitti. * comunicantur.

CAP. V. *Idem VVigornien-
nensi episcopo.*

Scripta vero authentica, si testes inscripti decesserint, nisi forte per manum publicam fuerint facta, ita quod publica appareant, aut sigillum authenticum habuerint, per quod possint probari, non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

CAP. VI.

*Idem VVintonien-
nensi episcopo, in capite, Suggestum.*

Porro si quis crimen obiicit testi qui contra ipsum producit, vt eum in ciuilibus causis repellere possit, eodem modo * afferendo testimonium audiendus est, etsi crimen ciuilitate probare poterit, ad testimonium contra ipsum ferendum non est aliquatenus audiendus, sed propter hoc non debet puniri; quemlibet autem ad perhibendum testimonium veritati, Romana ecclesia minime cogere consuevit.

CAP. VII. *Idem Bononien-
nensi episcopo.*

Super eo quod certificari desideras, an si aliquis de aliquo facto manifesto ante iudicem conueniatur, hi qui facto interfuerint, cogendi sint ad ferendum testimonium ve-